

EO QUOD NON INVENERIM... ibi Titum, quem Corinthio expectabam, et à quo sperabam me cognosciturum Ecclesie vestre statum.

SED VALIFICENS EIS... Hinc rerum vestrarum sollicitus, fratribus Troade commemorantibus valedixi. Nimirum illis instructis, rebusque ad illos spectantibus ordinatis; vel forte aliquibus discipulis ibi relictis, qui ostio illo aperto; pergerent, ait Fromondus.

PROFECTUS SEMIN MACEDONIAM, Titum expectaturus, et ab eo Ecclesie vestre statum citius agnoscuturus. Ille omittit Apostolus, quod in cap. 7, v. 5, dicit; scilicet, quod in Macedonia omnem passus sit intus et foris tribulationem; sed de ea, ejusque effectu, Deo gratias agit.

VERS. 14. — DEO AUTEM GRATIAS, QUI SEMPER TRIUMPHAT NOS... Hebraismus est, significans: Qui per Christum nos semper facit triumphare; seu, qui per Christum facit, non solum ut omnia adversa superemus, simulque in persecutionibus victores, sed etiam post praelium et victoriam reddidit illustriores.

ET ODOREM SOTTILIE SUE... id est, et suavem seu benefragrantem sui cognitionem, id est, familiam Evangelii sui.

PER NOS, equidem concussos, sed nunquam dejectos quaquaversum diffundit, in omni loco. Quo magis conteruntur et concutiuntur aromata, eo majorem spirant fragrantiam; sic et nos, quo magis concutimur, et persecutionibus contemur, eo suaviorem et abundantiorum Dei Evangelique Christi spargimus odorem.

#### Colligenda.

Hinc collige quod passio martyrum sit triumphus et martyrum, et Dei, et Christi. Quid enim est triumphus? Imperatoris victoris progressio in publicum cum trophæis, aliisque victorie signis. Ergo passio martyrum, triumphus est martyrum, quia per eam de carne, mundo et diabolo victores, martyrii sui instrumentis, quasi trophæis, illustres et conspicui, publice coram omnibus triumphum agunt. Ergo passio martyrum, triumphus est Dei; quia per eam odor Dei bene olens, suavis et bene fragrans ejus notitia diffunditur. Ergo passio martyrum, est Christi triumphus; quia per eam Evangelium Christi disseminatur; fides perfidiam vincit; Titum illic expectaturus, et ex eo de vobis aliquid certi cogniturus.

VERS. 14. — Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo. Triumphat, id est triumphare facit. Ita Ambrosius, Anselm. Videtur Apostolus in Macedonia acres persecutiones peritisse. Unde e. 7 dicit se ibi omnem tribulationem passum: foris pugnas, intus timores; sed Dei gratia hæc omnia superavit cum gloria et triumpho. Triumphus enim Dei est, inquit Hieron., passio martyrum pro Christi nomine, cruciorum effusio, et inter tormenta letitia.

Et odorem notitiae suae manifestat per nos in omni loco. Odor notitiae Dei, id est, famæ ejus, à nobis quam longissime diffunditur.

VERS. 15. — Quia Christi bonus odor sumus Deo, etc. Nominis Christi in omni loco bonus odor sumus Deo: et predicationis nostræ longè latèque

cit et veritas mendacium. Deus ergo per passiones martyrum et ipsos martyres facit triumphantes, et ipse per eos triumphat.

VERS. 15. — Quia Christi bonus odor sumus, id est, bona fama, verbo, exemplo, patientia.

Deo, id est, ad Dei gloriam, vel Deo in odorem suavitatis, sicut hostiæ et thymiamata veteris legis dicebantur offerri Deo, in odorem suavitatis.

IS QUI SALVI FIUNT... ET IS QUI CREDUNT ET SALVI FIUNT; ET IS QUI CREDERE NOLENTES, in sua infidelitate PERIUNT. Tanquam thuribula incensa, spargimus, quocumque incedimus, spirituales fidei christianæ odorem, et credulis prædicamus et incredulis; quia, quantum ad nos attinet, volumus, sicut et Deus, omnes salvos fieri. Hunc eundem christianæ fidei odorem ubique et nostris passionibus spargimus. Quasi unguentorum ampullæ sumus; quanto magis fragrimus, tanto ampliorum odorem Dei et Christi diffundimus ad omnes.

VERS. 16. — ALIIS QUIDEM ODOREM MORTIS... malis quidem hic odor est mortifer et mortem afferens, sed occasionaliter, non nostro, sed eorum vitio. Bonis autem est odor vite; et vitam afferens, sicut fragrantia unguenti columbæ vegetat, scarabæum necat, ait Oecumenius. Sicut odor florentium vinearum homines recreat, serpentes necat, ait D. Thomas. Sicut lumen solis oculos sanos recreat, debiles cruciat. Sicut ignis aurum purgat, stipulam absumit. Sic fama de Christo sparsa, bonis est odor vivificus, spirituales vitam impertiens; malis est odor mortifer; non ex se, est enim odor vite; sed eorum vitio, quia vitam respiciunt; seu, ut ait Christus, quia dilexerunt magis tenebras, quam lucem.

ET AD HÆC QUIS TAM IDEONEUS? GRÆC., ad hæc quis idoneus? Syr., et ad hæc quis erit idoneus? D. Chrysostomus, gratiæ profectio id est, hoc totum Christi est; nihil est quod nobis arrogemus; ideam ait D. Chrysostomus.

QUIS TAM IDEONEUS? Aliqui, tam, putant additum: alii volunt quisnam, in quis tam conversum. Sensus est: Quis sicut par est, idoneus est, ut ubique Christi bonus sit odor? quasi diceret: Quam pauci reperitur tam idonei! vel juxta Vulgatam: Quis tam idoneus, quam nos apostoli?

VERS. 17. — NON ENIM SENSUS Sicut plurimi... Exspirat fragrantia; ita Hier. Bonam Christi famam verbo et exemplo spargimus in honorem Dei, apud omnes, non eos solum qui credunt et salvi fiunt, verum etiam qui credere nolentes percutiunt.

VERS. 16. — Aliis quidem odor mortis in mortem, aliis autem odor vite in vitam. Sicut fragrantia unguenti columbæ vegetat, scarabæum necat, ut ait Oecum., sic et lumen solis oculos sanos recreat, debiles offendit; et ignis aurum purgat, stipulas absumit: et ipse Christus alius in ruinam, aliis in resurrectionem positus est: Luc. 2.

Et ad hæc quis tam idoneus? Quasi dicit: Quam pauci tam idonei ministri, qui ubique sunt bonus odor Christi! Ita Ambrosius.

VERS. 17. — Non enim sumus sicut plurimi, adulterantes verbum Dei. Adulterantes, id est, quod sincerum est, corruptentes. Adulterat ergo verbum Dei, qui

bono Christi odore, de quo in versu præcedenti, occasione sumit sese contra falsos doctores defendendi: suam ergo hic resumit apologiam, quam usque ad cap. 8 tenuit.

NON ENIM SUMUS Sicut plurimi ADULTERANTES. Græcè, *cauponantes*. Syr., qui *miscunt sermonem Dei*. Cauponari est, cum quis vinum adulterat: cum quis pecunia id vendit, quod gratis dare debet, D. Chrysostomus. Ferit hic falsos doctores, qui falsificabant Evangelium, et ad questum abutebantur verbo Dei.

ADULTERANTES, id est, falsificantes, vitantes.

Cauponantes, id est, veris falsa miscentes, ut caupones qui vina corrumpunt per commixtiones. Hi falsi doctores christianismum judaismi admixtionem adulterabant.

SED EX SINCERITATE... Illorum falsificationi suam opponit sinceritatem; sed sincerè, purè, sine admixtione.

Sicut ex Deo, seu à Deo accepti; seu sicut ex Deo processit.

Coram Deo. Deum præ oculis habentes, quasi spectante Deo.

IN CHRISTO LOQUIMUR, seu prædicamus. Non in sapientia, seu eloquentia seculari, ut dixit in primo capite, v. 12, sed in Dei gratia, in Christo, id est, Christi gratiæ inmixtus, et eloquentiæ, quam dat Spiritus sanctus. Non nostrâ sapientia, ait D. Chrysostomus, et eruditione, sed illius potentia afflatus. Vel tanquam in Christi personâ, et vice Christi.

veritati falsitatem conjungit. Unde S. Gregor., 22 Moral., c. 17: Adulterari, inquit, verbum Dei, est aut aliter de illo sentire quam est, aut ex eo non spirituales fructus, sed adulterinos fetus querere laudis humane; ex sinceritate verò loqui, est nil aliud in eloquio quam oportet, scilicet auctoritatis et creatoris gloriam querere.

Sed ex sinceritate, sed sicut ex Deo, coram Deo in

Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maxime notanda, et ad præzium redigenda.

1° Omnis prælati ex primis hujus secundi capitis versibus discat, et imitetur miras apostolicæ charitatis artes, quibus animas sibi commissas Christo lucratur. Vide v. 2, 3, 4, in commentario. Sit pater et medicus, v. 4. Diligat, et ex charitate agat, v. 4. Auctoritate suâ moderatè utatur, v. 9. Astutias diaboli varias caveat, v. 11.

2° Concionator apostolicus ex ultimis hujus capitis

#### CAPUT III.

1. Incipimus iterum nosmetipsos commendare? aut numquid egemus (sicut quidam) commendationis epistolæ ad vos, aut ex vobis?

2. Epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris, quæ scitur et legitur ab omnibus hominibus:

3. Manifestati quod epistola estis Christi, ministrata à nobis, et scripta non atramento, sed spiritu Dei vivi; non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus.

#### Observatio moralis

Ex hoc versu discat bonum et malum concionandi modum. Ille verus apostolus est, et bonus præco, qui veritatem evangelicam purè et sine permissioe, sive eloquentiæ affectate; sive intentionis lucri temporalis. Sed sincerè, sicut à Deo, processit.

Coram Deo, quasi qui in conspectu Dei viventis, omnia videns, cor et renes penetrans, loquitur.

IN CHRISTO, Christi nomine, tanquam ejus legatus ac vicarius. Ille autem est caupo, non apostolus; nec predicator, qui falsa veris miscet, qui ad questum habet Evangelium; qui eloquentiæ seculari affectatâ, et ad placendum populo, prædicat. Qui de Deo loquitur, non quasi presente, sed quasi absente; de Deo non cogitans, Deum non querens, nec aspiciens; nec ejus oculos veritus. Qui non in Christo, de Christo loquitur; sed in semetipso, sibi confidens, sibihi complacens, semetipsum prædicans et querens. Itaque recordetur concionator evangelicus: 1° se Dei legatum, à Deo missum, et in Dei nomine loqui: verbum ergo Dei prædicat, sicut à Deo processit, Dei voluntate sincerè annuntiet, purè reddat et integrè quod à Deo profectum est, et accipit; 2° se coram Deo vivente loqui. Deo spectante, audente, tanquam sub ejus oculis et auribus: veritate ergo oculos Dei, nihil dicat quod non possit subire examen Dei; 3° se in Christo loqui, in ejus Spiritu; in ipso confidat, in ejus gratiâ imitatur; speretque sibi datum iri quid loquatur

Christo loquimur. Loquitur verbum Dei ex sinceritate, qui neque Dei verbum adulterat admixtione alienæ doctrinæ, neque eo abutitur ad questum aut gloriam humanam, coram Deo, vel in conspectu Dei. In Christo, pro, in Christi veritate, fidelitate, et sinceritate, scilicet loquitur et prædicat. Aliter S. Chrysostomus: In Christo, inquit, id est, per Christum et Christi gratiam.

1. Commencemus nos de nouveau à nous relever nous-mêmes? et avons-nous besoin, comme quelques-uns, que d'autres nous donnent des lettres de recommandation envers vous, ou que vous nous en donniez envers les autres?

2. Vous êtes vous-mêmes notre lettre de recommandation qui est écrite dans notre cœur, qui est reconnue et lue de tous les hommes;

3. Car vous faites voir que vous êtes la lettre de Jésus-Christ, dont nous avons été les secrétaires; et qui est écrite, non avec de l'encre, mais avec l'Esprit du Dieu vivant; non sur des tablettes de pierre, mais sur des tablettes de chair, qui sont vos cœurs.

4. Fiduciam autem talem habemus, per Christum ad Deum :

5. Non quòd sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis; sed sufficientia nostra ex Deo est :

6. Qui et idoneos nos fecit ministros novi Testamenti, non literà, sed Spiritu: littera enim occidit, Spiritus autem vivificat.

7. Quòd si ministratio mortis, litteris deformata in lapidibus, fuit in glorià, ita ut non possent intendere filii Israel in faciem Moysi, propter gloriam vultus ejus, quæ evacuat:

8. Quomodo non magis ministratio Spiritus erit in glorià !

9. Nam si ministratio damnationis gloria est, multo magis abundat ministerium justitiæ in glorià.

10. Nam nec gloriolatum est, quòd claruit in hæc parte, propter excellentem gloriam.

11. Si enim quòd evacuat, per gloriam est, multo magis quòd manet, in glorià est.

12. Habentes igitur talem speciem, multà fiducià utimur.

13. Et non sicut Moyses ponebat velamen super faciem suam ut non intenderent filii Israel in faciem ejus, quòd evacuat;

14. Sed obtusi sunt sensus eorum. Usque in hodiernum enim diem idipsum velamen in lectione veteris Testamenti manet non revelatum (quoniam in Christo evacuat);

15. Sed usque in hodiernum diem, cum legitur Moyses, velamen positum est super cor eorum.

16. Cum autem conversus fuerit ad Dominum, auferetur velamen.

17. Dominus autem Spiritus est; ubi autem Spiritus Domini, ibi libertas.

18. Nos verò omnes, revelatà facie gloriam Domini speculantes, in eamdem imaginem transformamur à claritate in claritatem, tanquam à Domini Spiritu.

## ANALYSIS.

Primo versu occurrit adversariorum suorum calumnie, quam in illos retorquet. An nosmetipsos, inquit, commendamus?

§ 2. Respondet quòd non; quia vos, ò Corinthii, nostra estis epistola commendatitia; vestra per me ad Christum conversio, omnibus nota, me satis ubique commendat.

§ 3. Lenit et explicat hoc quòd dixit: Epistola nostra estis, quin potius epistola estis Christi, nostro ministerio scripta, non atramento, sed Spiritu Dei; non in sacris tabulis, sed in tabulis mollibus cordis vestri.

§ 4. 5. Hujus rei gloriam totam in Deum refundit. Hoc eipidem nobis valde gloriosum est; sed hæc gloria, non à nobis, sed à Christo; non in nobis, sed in Deo, qui nos ex omnino insufficientibus, reddidit ad tantum ministerium idoneos.

§ 6. Suum evangelicum ministerium confert cum Moisaico; hoc fuit ministerium litterarum occidentis; illud

4. Or c'est par Jésus-Christ que nous avons une si grande confiance en Dieu.

5. Car nous ne sommes pas capables de former de nous-mêmes aucune bonne pensée, comme de nous-mêmes; mais c'est Dieu qui nous en rend capables.

6. Et c'est lui aussi qui nous a rendus capables d'être les ministres de la nouvelle alliance, non par la lettre, mais par l'Esprit. Car la lettre tue; mais l'Esprit vivifie.

7. Que si le ministère de la lettre gravée sur des pierres, qui était un ministère de mort, a été accompagné d'une telle gloire, que les enfants d'Israël ne pouvaient regarder le visage de Moïse à cause de la gloire dont il éclatait, laquelle devait néanmoins finir.

8. Combien le ministère de l'Esprit doit-il être plus glorieux!

9. Car si le ministère de la condamnation a été accompagné de gloire, le ministère de la justice en aura incomparablement davantage.

10. Et cette gloire même n'est point une véritable gloire, si on la compare avec la sublimité de celle de l'Évangile.

11. Car si le ministère qui devait finir a été accompagné de gloire; celui qui durera toujours doit l'être beaucoup davantage.

12. Ayant donc une telle espérance, nous vous parlons avec une entière liberté;

13. Et nous ne faisons pas comme Moïse, qui mettait un voile sur son visage, parce que les enfants d'Israël ne pouvaient regarder fixement la clarté passagère de son visage.

14. Aussi leurs esprits sont demeurés endurcis et aveuglés; car jusqu'à aujourd'hui même, lorsqu'ils lisent l'Ancien-Testament, ce voile demeure toujours sur leur cœur sans être levé, parce qu'il ne s'ôte que par Jésus-Christ.

15. Ainsi jusqu'à cette heure, lorsqu'on leur lit Moïse, ils ont un voile sur le cœur.

16. Mais lorsque ce peuple sera converti au Seigneur, le voile sera ôté.

17. Or le Seigneur est Esprit; et où est l'Esprit du Seigneur, là aussi est la liberté.

18. Ainsi nous tous, n'ayant point de voile qui nous couvre le visage, et contemplant la gloire du Seigneur, nous sommes transformés en la même image, et nous avançons de clarté en clarté par l'illumination de l'Esprit du Seigneur.

est ministerium Spiritus vivificantis.

§ 7, 8, 9, 10, 11. Sui ministerii gloriam profert Moisaici ministerii gloriæ. Si ministerium litterarum, mortis, et damnationis, ita fuit Moysi gloriosum; quanto magis evangelicum spiritus, justitiæ, et vite æternæ ministerium, apostolis erit gloriosum! Nulla inter utramque gloriam comparatio.

§ 12. Confert usum sui ministerii cum modo quo Moyses suum exercebat, præfertque suum Moisaico. Hæc præcellentis gloriæ spe animati nos apostoli, longè aperti agimus ac loquimur quam Moyses: hic Judæis locuturus, velum in faciem suam injiciebat; nos non ita, sed aperte loquimur.

§ 14. Mysticè explicat Moysi velamen: figurabat hodiernam Judæorum cæcitatem, qui Christum in Moysi fulgore figuratum, etiam nunc non vident.

§ 15. Velamen habent super cor, quòd per illorum ad Christum conversionem auferetur.

## PARAPHRASIS.

1. Numquid hæc dicimus, quasi velimus nosmetipsos rursum commendare, et nos in vestram gratiam insinuare; aut numquid fortè nos egemus, sicut pseudo-apostoli, ut ab aliis ad vos commendatitias epistolâs impetremus, aut à vobis ad alios?

2. Talibus commendatitiis non egemus, quia vos, Corinthii, epistola nostra estis, cordibus nostris inscripta, omnium oculis exposita, quasi patentes litteræ, quæ nos ubique commendant.

3. Quin potius per fidem vestram manifestum est, quòd estis epistola Christi, nostro ministerio scripta, non atramento, sed Spiritu Dei viventis; non in tabulis lapideis insculpta, sed in tabulis mollibus, et vivis cordis vestri.

4. Magna quidem nostra fiducia dicendi talia, quia magna hinc nobis gloria; sed hanc gloriam et fiduciam habemus, non à nobis, sed Christi beneficio; non in nobis, sed in Deo, et apud Deum.

5. Hæc enim vobis dicimus, non quasi ex nobis, seu nostris viribus possimus quidquam ad animarum conversionem conferens cogitare, multo minus facere; sed tota nostra sufficientia et virtus est à Deo,

6. Qui nos elegit, et idoneos fecit novi Testamenti ministros; non legem in tabulis lapideis scriptam nobis dando, aliis proponendam; sed Spiritum sanctum nobis largiendo, etiam aliis communicandum: tunc duo valde diversa sunt: lex enim litteris tantum scripta, occasio fuit mortis; Spiritus autem sanctus fons est vite in cordibus nostris.

7. Quòd si tamen ministerium legis, quæ mortem causabat, sed quæ digito Dei insculpta erat in lapidibus, ita Moysi gloriosum fuit, ut filii Israel non vellent fixis oculis intueri faciem ejus, propter gloriam vultus illius, licet transitoriam;

8. Quanto magis gloriosum erit ministerium legis, quæ creditibus dat Spiritum vivificantem?

9. Quòd si, inquam, ministerium legis, quæ damnationis æternæ erat occasio, res fuit gloriosa; quanto

## COMMENTARIA.

VERS. 1.—INCIPIMUS ITERUM... Quoniam in fine capituli præcedentis, v. 14 et 15, semetipsam laudare visus est Apostolus, hinc prævidens pseudo-apostolos de hæc Epistola dicturos quod de priore dixerant, scilicet quod Paulus laudibus affectatis semetipsam commendat; hoc, inquam, prævidens, ita diluit, ut in ipsis adversarios retorquet quod ipsi D. Paulo objiciebant, nimirum quòd semetipsos commendarent.

Interrogans ergo objicit sibi: An incipimus iterum, id est, in hæc Epistola, sicut in primâ à quibusdam reprehensum est. Vide prælationem hujus Epistolæ. Vido et cap. 5, v. 12, hujus ejusdem Epistolæ.

VERS. 1.—INCIPIMUS ITERUM nosmetipsos commendare? Numquid hæc dicimus, tanquam volentes nos vobis et aliis commendare?

Aut numquid egemus (sicut quidam) commendatitias

magis gloriosius erit ministerium legis quæ veram dat justitiam et sanctitatem?

10. Tantum est in his rebus discriminis, ut si hanc gloriam cum illâ compares, nec gloria quidem est gloria veteris legis.

11. Si enim lex vetus, ejusque ministerium, quæ transitoria erant, gloriosa fuerunt, multo magis erunt gloriosa lex nova, et ministerium ejus, quæ usque ad finem mundi permanebunt.

12. Nos igitur apostoli, novæ legis ministri, spe gloriæ permanentis animati, liberè et intrepidè agimus et loquimur.

13. Nec predicandum facimus quòd faciebat Moyses, cum loqueretur Judæis: ipse enim velo faciem suam tegebatur, ne in hanc radiantem Israelite defigerent oculos, quæ tamen Moisaica: faciei gloria, citò fuit abolita.

14. Hoc velamen in facie Moysi significabat Judæorum mentis cæcitatem; qui usque in hodiernum diem, cum vetus Testamentum legunt, quasi velo oblectas mentes habent, non intelligunt quòd legunt, quia in Christum non credunt, per quem tollitur hoc velamen.

15. Et in hunc usque diem, cum legitur in synagogis Moyses, cæcitate laborant, quasi velamen super cor eorum sit injectum.

16. At cum ad Dominum conversi fuerint, auferetur ab eis hoc velamen.

17. Non ita de nobis, quos Deus ministros Spiritus fecit; Spiritus enim ille Dominus est, summè liber, et spirans ubi vult; hinc ubi reperit ille, qui et Jesu Christi Spiritus est, ibi et libertas spiritus et cordis.

18. Tantum abest ut velamen super faciem habeamus, imò verò revelatà facie, gloriam Domini in nobis, quasi in speculis excipientes, per hujus gloriæ reflexionem, firmus illius luminis participes; de claritate ad claritatem progredientes per Domini Spiritum, per quem in soles quasi transformati, illuminamus alios.

NUMQUID COMMENDARE. Numquid hæc dicimus quasi velimus nos jactare, ut vobis et aliis commendatitias simus, et in vestram benevolentiam et gratiam nos insinuemus?

AUT NUMQUID EGEMUS...? Aut numquid fortassè nos egemus commendatitiis epistolâs, quæ ab aliis ad vos preferamus, aut à vobis ad alios?

SICUT QUIDAM. Ferit adversarios suos, et in eos retorquet quòd objiciebant D. Paulo. Hinc colligitur quòd pseudo-apostoli, ut virtutis et doctrine nomen sibi compararent, commendatitias litteras circumferabant, quæ aut fixerant, aut à civitatibus unde profecta-

epistolâs ad vos, aut ex vobis? Ex, id est, à vobis scriptis epistolâs, quibus apud alios commendat? Sicut quidam, supple, egent; seu potius, faciunt: id est, commendatitias undique studiosè conquirunt.

ciscebantur, emendicaverant, ad alias civitates, quò properabant.

Talibus artibus et hodiè multi virtutis et doctrine nomen quærent, qui rem non habent; sed heu! quàm vani sunt tituli hominis, virtute vacui!

VERS. 2. — EPISTOLA NOSTRA VOS ESTIS. Respondet quòd talibus commendatitii non egeat, quia ipsi Corinthii sunt Paulo vice commendatitii epistolæ, nec indiget aliâ. *Epistola nostra vos estis.* Ego, per Evangelii prædicationem, Christum in mentibus vestris inscripsi, vos ad ipsum converti; hæc vestra ad Christum per me conversio, vobis et omnibus nota, me satis commendat.

SCRIPTA IN CORDIBUS NOSTRIS. Hanc epistolam in corde meo portio; vos ad Christum per me conversos, et ideò meos filios in Christo charissimos; cordi meo insculptos et impressos, ubique circumfero.

Nota Corinthios duplici titulo esse divi Pauli epistolam: primò, quia Paulus in eorum mentibus, quasi tabulis, Christum inscripsit; secundo, quia ipsos Corinthios, utpote suos in Christo filios, in corde suo, quasi tabulâ vivente, insculptos gerit Paulus. Primo quòd Corinthii sunt quasi tabula; secundo modo sunt quasi characteres et litteræ.

QUE SCRIBIT ET LEGITUR AD OMNIBUS... Hæc epistola utroque modo considerata, *scribitur et legitur ab omnibus hominibus.* Quòd Christum in mentibus vestris inscripserim per Evangelii prædicationem, hoc omnibus notum. Corinthus erat emporium celeberrimum; hinc ejus ad Christi fidem conversio fuit notissima et celeberrima. Quòd vos in corde meo insculptos gestem, hoc omnibus patet per eloquia mea, et per frequentem de vobis cum laude et affectu commemorationem. Itaque *scribitur et legitur ab omnibus hominibus*, quòd ego vos per Evangelium in Christo genuerim; et quòd ego vos, meos in Christo filios charissimos in corde meo geram. Hinc estis mihi, vos ipsi, ô Corinthii, quasi meæ litteræ patentes, omnium oculis expositæ, et quas omnes homines inspicere possunt et legere. Hinc nec ab aliis ad vos; nec à vobis ad alios, commendatitii ego epistolâ; non ad vos, quia vos ipsi epistola mea; non à vobis ad alios, quia vestra conversio omnibus nota: et aliunde vos ut filios meos, in corde meo impressos, omnibus ostendo.

Observa hic duo apostoli, prælati, pastoris mania; primum, in mentibus populorum sibi subditorum Christum formare, inscribere, perficere; secundum, populos sibi subditos, in corde suo insculptos gerere, eos diligere, de eorum salute et perfectione quasi continue cogitare, et sollicitum esse. Hoc in veteri lege

VERS. 2. — *Epistola nostra vos estis.* Vos, ô Corinthii, meâ operâ conversi, estis mihi instar epistolæ commendatitiæ ab omnibus lætæ et intellectæ, quam pro meâ commendatione exhibeo quibus volo. Omnes enim sciunt quales fueritis ante conversionem.

Scripta in cordibus nostris. Sensus: Eam epistolam, quæ vos estis, cordi meo inscripam et impressam ubique circumfero. Inscriptionem intellige per memoriam et amorem.

Que scribitur et legitur ab omnibus hominibus; quam epistolam omnibus in promptu est inspicere et legere,

significabat summus pontifex, portans nomina filiorum Israel coram Domino super utrumque humerum, Exod. 28, 12.

VERS. 5. — MANIFESTATI QUOD EPISTOLA CHRISTI... Explicat et quasi corrigit quod superius dixit: *Epistola nostra vos estis*; quasi diceret: Quin potius estis epistola Christi, nostro ministerio scripta. *Manifestati*, subaudi: vos estis manifestati, id est, manifestum est per fidem et opera vestra quòd estis epistola Christi, quasi principalis auctoris.

MINISTRATA A NOBIS, id est, nostro ministerio, quasi amanuensis, scripta;

NON ATRAMENTO, sicut cetera hominum epistolæ; SED SPIRITU DEI VIVI, id est, afflatu Spiritus sancti, qui, Christo largiente, vobis nostro ministerio fuit communicatus;

NON IN TABULIS LAPIDEIS, sicut lex Mosaica.

SED IN TABULIS CORDIS CARNALIBUS, id est, vivis, mollibus, sentientibus. Carnæum hic non opponit spirituali, ut alibi sæpè; sed lapideo, duro, et significat molle, ductile, obediens. Itaque per fidem et opera vestra patet quòd estis epistola quam Christus ipse scripsit, nostro ministerio utens, nostris vocibus, quasi instrumento suo; scripsit autem non atramento, sed efficacità et effusione Spiritus sancti; non in tabulis duris et saxeis, sed in tabulis mollibus, obediensibus, id est, in cordibus vestris docilibus, et ad omnia promptis.

Nota hic indicatam utriusque Testamenti differentiam. Quanto intervallo spiritus ab atramento, et cor à lapide distat, tanto et novum Testamentum à lege discrepat, ait Theophylactus.

Observatio moralis.

Hinc et collige: Ergo cor meum charta Christi est; digitus, quo Christus in corde meo scribit, Spiritus sanctus est; atramentum quò utitur, gratia, inspiratio, illustratio, pia motio; quòd scribitur, fides, spes, charitas.

Meum est non esse saxeam, durâ cervicè non resistere Spiritui sancto; sed obedire huic digito Dei, in corde meo scribenti, id est, Spiritui sancto inspiranti. Quin et hoc, ô Deus, est tue gratiæ. Aufer igitur primum à me, cor lapideum, saxeam, adamantinum; et da mihi cor carneum, vitum, sentiens, obediens. Eliam rebellem compelle voluntatem meam. Dele, destrue in corde meo, omnes falsos amores, vanos terrores, noxios errores, ut his omnibus deletis et destructis, verè dicam: *Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum.* In eo scribe veritatem, imprime castum timorem, infunde sincerum tui amoris affectum, te super omnia, purè, et unicè diligam.

perinde ut litteras patentes omniumque oculis expositas.

VERS. 5. — *Manifestati quòd epistola estis Christi.* Manifestati, id est, de quibus manifestum est, et factum constat, quòd epistola estis Christi.

Ministrata à nobis, nec est nostro ministerio conscripta. Christus, inquit, hujus epistolæ principalis est auctor, idemque nobis ministris ad eam scribandam usus est.

Et scripta non atramento, sed Spiritu Dei vivi, non

VERS. 4. — FIDUCIAM AUTEM TALEM... Rursus sese explicat, ita ut totam Deo gloriam reddat.

FIDUCIAM AUTEM TALEM; quòd epistola nostra, seu nostro ministerio scripta, sitis Spiritu Dei vivi; hæc, inquam, fiduciam habemus, non à nobis, sed à Christo; hæcque gloriam habemus non in nobis, sed in Deo et apud Deum; quasi diceret: Equidem magna est nostra fiducia dicendi talia de vobis: quia magna hinc nobis gloriatiõnis et commendationis materia; sed hæc fiduciam, hæcque gloriam apud Deum habemus, non nostro merito, sed Christi beneficio et merito.

FIDUCIA NOSTRA, id est, gloriatio nostra per Christum est ad Deum; Christus enim nobis est causa, cur in Deo gloriemur; nihilque planè nostrum est, ne minimum quidem; Theophylactus. Non dixi, fiduciam habemus; tanquam aliud nostrum sit, aliud Dei; sed totum Deo ascribo; D. CHRYSOSTOMUS.

VERS. 5. — NON QUOD SUFFICIENTES SIMUS... Hæc enim vobis dicimus, non quasi simus à nobis, quasi ex nobis, id est, nostris naturæ viribus, *sufficientes*, idonei; cogitare aliqum ad animarum conversionem et salutem conferens. Agitur enim de sufficientiâ et idoneitate ad apostolatûs ministerium, ut patet legenti. Primis versibus locutus est Paulus de conversione Corinthiorum suo ministerio factâ, et de eâ locutus est sub metaphora epistolæ à se scripte. Et quia hoc illi gloriosum videtur; hic ut totam hujus conversionis gloriam Deo reddat, agnoscit et publicè fatetur, quòd ex semetipso sit insufficientis aliqum cogitare quòd vel ad Corinthiorum, vel ad aliorum quantumcumque salutem conferat; et ideò multò minus sufficientes est ex se, aliqum tale facere, aut exequi.

SED SUFFICIENTIA NOSTRA. SYR., *virtus nostra ex Deo est, per CHRISTI MERITA, ut dixit v. precedenti.*

Observatio dogmatica et moralis.

Omnis nostra sufficientia ad benè cogitandum et ad benè agendum ex Deo est. Et hinc cognoscimus quia nihil sumus, nisi misericordiâ et gratiâ Dei regamur, ait D. Anselmus. Attendant hæc verba, qui putant ex nobis esse ceptum fidei, et ex Deo esse fidei supplementum: quis enim non videat prius esse cogitare, quòd credere? nullus quippe credit aliqum, nisi prius cogitaverit esse credendum. Si ergo non

in tabulis lapideis, quomodò nimirum scripta fuit lex vetus populo Judaico per Moysen data;

Sed in tabulis cordis carnalibus, id est, carneis, puta in corde molli, ductili, docili, id est, facilibus et promptis ad obediendum. Ipsi Corinthii fideles, scripta in tabulis cordis carneis, in quantum fides et charitas et cetera quæ lex nova præcipit, in eorum cordibus impressa erant per Spiritum sanctum.

VERS. 4. — *Fiduciam autem talem habemus*, etc., quia confidenter gloriamur in Deo, de his Dei nostrâque epistolâ, de quo ministerio nostri digitate et tractu pro ministerio Moysis et aliorum veteris Testamenti ministrorum. Ita Anselmus.

VERS. 5. — *Non quod sufficientes simus cogitare aliqum à nobis, quasi ex nobis.* Aliqum, scilicet boni, quòd spectet et ordinetur ad fidem, gratiam, meritum, et salutem æternam, ut quis idoneus sit minister novi Testamenti, ut præcessit. Quòd si ex se nemo potest

sufficientis cogitare boni aliqum à nobis; præcòd hæc credere sufficientis; quòd sine cogitatione non possumus: sed sufficientia nostrâ, quâ et credere incipimus, ex Deo est. Cogitantes credimus, cogitantes loquimur, cogitantes quiddam agimus, D. Anselmus. Hinc ergo magna nobis humilitatis occasio. Hinc omnimoda necessitas ad Deum semper recurrendi, et per Christum mediatorem nostrum, gratiam ad omnia petendi.

VERS. 6. — *Qui et idoneos...*, id est, qui nos et elegit et idoneos fecit novæ legis ministros: seu, ut ait D. Chrysostomus, fecit ut huic muneri pares esse possemus et ad illud obeundum appositi.

NON LITTERA, SED SPIRITU. GRÆC., *non litteræ, sed Spiritus.* SYR., *non litteræ, sed Spiritus*, sicut interpres noster.

NON LITTERA, id est, non sicut Moysi litteram solam; seu legem in tabulis lapideis scriptam, nobis dando alii proponendam et annuntiandam.

SED SPIRITU, id est, sed præterea Spiritum sanctum nobis largiendo, etiam aliis communicandum, quo hæc amoris legem diligant et impleant.

LITTERA ENIM OCCIDIT, id est, lex sola, lex litteris tantum scripta, Spiritus sancti gratiæ præsidio destituta, occidit animam occasionaliter: 1<sup>o</sup> Quia docet quòd agendum, nec vires dat ad agendum; lineque peccatur scienter et cum prævaricatione; 2<sup>o</sup> quia concupiscentiam irritat ad contrarium faciendum; nihilur in vetitum. Vide dicta e. 7 ad Rom., v. 8, 10.

SPIRITUS AUTEM VIVIFICAT, quia charitatem diffundit in cordibus nostris: charitas autem est animæ vita. Nota hic collationem evangelicæ ministerii cum Mosaico, et istius præ hoc excellentiam. Solam litteram Judæis dedit Moyses. Spiritum sanctum Christianis dederunt apostoli. Ministerium ergo Mosaicum fuit litteræ occidentis; apostolicum verò ministerium est Spiritus vivificantis. Spirituales quidem erant lex, sed spiritum non præbebat; non enim Moyses spiritum, sed litteras attulit: at contra, hoc nostræ fidei commissum est, ut spiritum demus, D. Chrysostomus.

LEX NOVA EST, sed in tantum bona, ut bona jubeat; gratia autem in tantum bona, ut bona conferat; D. Aug., lib. 2, cap. 1, contra adversarium legis. Citatur à Fromondo.

cogitare tale aliqum, ergo multò minus operari. Hæc conciliium Araucanum; can. 7 et D. Augustinus, de Prædest. sanctorum, c. 2.

Sed sufficientia nostra ex Deo est. Quòd idonei sumus ad aliqum boni vel cogitandum vel agendum, et semel, aliqum boni possumus, id totum ex Deo est per Christum.

VERS. 6. — *Qui et idoneos nos fecit ministros novi Testamenti.* Qui Deus, inter alia bona quæ ex ipso habemus, etiam hoc nobis apostolis contulit, quòd aptaverit et idoneos reddiderit novi Testamenti ministros: idoneos autem, id est, non quæ nostra sicut quærentes, sed ea quæ Jesu Christi.

Non litteræ, sed Spiritus. Non lege, sed gratiâ; r. d. Fecit nos idoneos ministros novi Testamenti: non, inquam, ministros litteræ, id est, legis scriptæ et datæ per Moysen, sed est lex vetus: sed ministros Spiritus, hoc est, ministros legis novæ, quâ Spiritus sanctus

VERS. 7. — QUOD SI MINISTRATIO MORTIS... Ex indicato discrimine colligit præcellentem evangelicæ ministerii gloriam, præ gloriâ Mosaici ministerii. Idque contra pseudo-apostolos, qui Judæi erant, quique legis Mosaicæ ministerium sibi arrogantes, legis observantias deprædicabant, et judaismum cum Evangelio miscere volebant. Tales ministros hic singula apostoli verba deprædicant; ministros *litteræ*, ministros *mortis*, ministros *damnationis*, dicens:

QUOD SI MINISTRATIO, seu ministerium, *in lapidibus*, *mortis*, id est, legis, que mortem occasionaliter causabat, ut dictum est versa precedente,

LITTERIS DEFORMATA IN LAPIDIBUS, id est, que digito Dei formata, scripta, insculpta erat in lapidibus, seu tabulis marmoreis; Græc. paulo aliter: Si vero ministratio mortis in litteris, informata in lapidibus, id est, si ministratio litteræ occidentis, seu legis scriptæ, que mortem causabat, etc.; constructio quidem paulo diversa, sed idem sensus;

FUIT IN GLORIA, id fuit Moysi gloriâ,

UT FILII ISRAEL NON POSSENT INTENDERE, id est, fixis oculis intueri faciem illius;

PROPTER GLORIAM, id est, propter radorum splendorem. Vide Exod. 34, v. 29.

QUE EVACUATUR. Græc., *abolendam*; refertur ad gloriam, id est, propter gloriam vultus ejus, licet transitoriam, sicut lex ipsa, que jam est abolita; itaque, si ministerium legis occidentis, quod consistebat in afferendis litteris, digito Dei formatis in tabulis lapideis, ita fuit Moysi gloriosum; ut Israeliticæ non possent immotis oculis intueri vultum ejus, propter radorum splendorem transitorium;

datum ad legem implendam.

Littera enim occidit, Spiritus autem vivificat. Lex scripta, quam Deus per Moysen dedit, si sola sit, ac spiritus destituta (quod est lex vetus), occidit, hoc est, eos quibus data est, æternæ mortis reddit obnoxios; non quidem per se suoque vitio (lex enim sancta, et mandatum sanctum et justum et bonum, Rom. 9), sed ex occasione latentis in eis concupiscentiæ. De qua sub nomine peccati ita scribit Apostolus eodem loco: *Occasionem accepit, etc., littera occidit per occasionem: occasionaliter enim lex acuit et incitat concupiscentiam et peccatum, quod occidit animam.* Ita Augustinus et Anselmus.

Littera occidit, quia Moyses cum legem dedit, nisi litteram dedit; Christus autem simul cum lege Spiritum dedit. Ita Augustinus, lib. de Spir. et Lit., cap. 4.

Spiritus vivificat. Primum, quia Spiritus gratiæ et claritatis vitam supernaturalem dat animæ. Secundo, quia impellit, et induit motum et agilitatem ad bona opera, et ad legem implendam. Tertio, quia dirigit ad vitam æternam, quam suis observatoribus lex promittit. Hujus vite et Spiritus ministri à Christo missi fuerunt apostoli.

VERS. 7. — Quod si ministratio mortis, litteris deformata in lapidibus, fuit in gloriâ, id est, si ministerium et promulgatio legis veteris mortem et damnationem comminantis et inferentis, fuit in gloriâ, id est, valde gloriosa: scilicet cum tonitru, tubâ cælesti, terre motu montis Sina, splendore vultus Moysi, gloriôsè manifestæque lex veteris promulgata fuit. Deformata; Græc., *imprensa* et inscripta tabulis lapideis. Nota. Paulus hic legem veterem vocat mortis ministrum, et quasi licetorem; eo quod ipsius esset occidere quidem reos, non

VERS. 8. — QUOMODO NON MAGIS..., cur non magis, vel quantum magis.

MINISTRATIO SPIRITUS, id est, ministerium legis que credentibus dat Spiritum vivificantem, et æternam eis promittit gloriam;

ERIT IN GLORIÂ? id est, erit gloriosum, seu res erit gloriosa, in celo scilicet, ubi præ cæteris sanctis, apostolorum gloria mirabilis erit. Quod de hæc præsertim cælesti gloriâ loquitur Apostolus, indicat verbum *erit*, et v. 12: *Habentes talem spem, futuram scilicet æternæ gloriæ, et ita intellexit D. Chrysostomus, Theophylactus.* Licet ergo ministerium apostolorum fuerit valde gloriosum propter dona et miracula; de hæc tamen gloriâ hic non agitur, sed de futurâ quam à minori ad majus probat Apostolus. Hinc discat evangelicus minister in suo ministerio nihil terrenum et transitorium querere, sed cælestem et æternam gloriam. In Dei cultu terrena querere, Judæi est; Christiani verò Deum ipsum, et divina tantum querere.

VERS. 9. — NAM SI MINISTRATIO DAMNATIONIS... Sub aliis verbis, sed æquivalentibus, confirmat, et repetit quod in versu precedente dixit. Si ministerium legis, que erat occasio damnationis æternæ: reos enim reddebat et æterno supplicio obnoxios, ut dictum est v. 6.

Gloria est, id est, res gloriosa fuit;

MULTO MAGIS ABUNDAT IN GLORIÂ, id est, excellit in gloriâ, MINISTERIUM JUSTITIÆ, id est, ministerium legis, que veram dat justitiam et animæ sanctitatem.

VERS. 10. — NAM NEC GLORIFICATUS EST... Græc., *etenim nec glorificatus est istud glorificatus in hæc autem vivificare obsequentes.*

Ita ut non possent intendere filii Israel in faciem Moysi propter gloriam vultus ejus que evacuat. Ita lucida erat facies ejus, ut radios luminis vibraret, ejusque quasi cornua emitteret. *Que evacuat*, quæ scilicet gloria auferenda erat à Moysæ: hi enim radii, et hic splendor, uti et vita, Moysen morientem deseruerunt.

VERS. 8. — Quomodo non magis, etc., id est, cur non magis ac potius ministerium novæ legis, que vivificantem Spiritum subministrat, glorificabitur? Scilicet eâ gloriâ que in futurum seculum promissa est. De qua gloriâ loquitur expressius, Rom. 8, vocans eam gloriam adoptionis filiorum. Nam, licet illa sit futura communis omnibus electis, longè major tamen illi contiget, qui se præbuerint idoneos novi Testamenti ministris: ut per quos cæteri fuerint ad gloriam adduci. Patet hæc gloria legis novæ in spiritu vehementi, ac linguæ variis et igneis, que in Pentecoste, cum lex nova est promissa, apostolos omnibus gentibus gloriosos effecerunt, Act. 2.

VERS. 9. — Nam si ministratio damnationis gloria est. Quod si ministerium legis, que reddidit homines æternæ damnationi et morti obnoxios, gloria fuit, id est, res gloriosa; sequitur:

Multo magis abundat ministerium justitiæ in gloriâ. Abundat, idem quod excellit. Igitur, inquit, multo major et excellentior debetur gloria ministerio novæ legis, que justitiam confert, quâ damnatio mortis evadit et vita acquiritur. Est autem observandum hoc loco, Paulum non comparare Moysen cum Christo, sed cum apostolis Christi.

VERS. 10. — Nam nec glorificatus est, etc.; q. d.: Atque adeo gloriâ Moysi in Sina non est dicenda gloria hæc in parte, si videlicet comparetur cum apo-

parte, id est, ne quidem claruit, quod claruit, si comparatio fiat. Syr., *perinde enim est ac si non esset gloriosum, id quod glorificatum est, in comparatione hujus excellentiæ gloriæ.* Si hæc cum illâ compares, ne gloria quidem est veteris legis gloria; D. Chrysostomus.

EX PARTE, id est, in comparatione; Theophylactus. Quasi diceret: Quid comparo? ofuscatur novæ legis gloria veteris legis gloriâ; sicut lumen majus obscurat minus: ita ut veteris legis ministerium, licet gloriosum, videatur ingloriosum, si comparetur cum novæ legis ministerio.

VERS. 11. — SI ENIM QUOD EVACUATUR... Si enim Moysi ministerium transitorium et quasi momentaneum suam habuit gloriam; multo magis ministerium, quod sempiternum est, solidiori et perpetuâ constabit gloriâ. Sicut lex vetus erat umbra tantum transitoria novæ legis; ita gloria transitoria vultus Moysi, erat umbra æternæ apostolorum gloriæ; et aliorum novæ legis ministrorum, ait Fromondus. Itaque quantum ministerium spiritus, vite et salutis æternæ præcellit ministerium litteræ, mortis et damnationis æternæ; tantum novæ legis ministerium antecellit veteris legis ministerium. Hæc autem præcellentia spiritualis est, interior, æterna; non corporalis, exterior, temporalis. Caveat itaque minister evangelicus ab amore temporalium, exteriorum, corporalium; amet et aspi-ret ad spiritualia, interna, æterna.

VERS. 12. — HABENTES IGITUR TALEM SPÊM... Oculis evangelicæ ministerii præcellentiâ, nunc agit de illius usu, quem Mosaico libiore dicit. Nos igitur apostoli novæ legis ministri, talis ac tantæ gloriæ spe animati: sperantes scilicet, quod per evangelicæ predicationis ministerium, æternam et immensam obtinebimus gloriam.

MULTA FIDUCIÂ ANIMORUM: confidenter evangelizamus, cum libertate, ingenue, aperte. Ita Chrysostomus.

VERS. 15. — ET NON SICUT MOYSES...; nec predicando facimus, quod fecit Moyses legem afferens Judæis et quoties illis loquebatur. Vide Exod. 34, v. 35, 35. Moyses velabat faciem suam; quia, ait D. Thomas, nondum venerat tempus revelandi claritatem stolici muneris gloriæ, propter ejus gloriam excellentem, quâ longè præcellit Moysi. Ita Chrysostomus.

VERS. 11. — Si enim quod evacuat (Moyses scilicet et lex evacuanda et abolenda per Christum) per gloriam est (in gloriâ est, gloriosa est); multo magis quod manet (scilicet lex nova Christi) in gloriâ est.

VERS. 12. — Habentes igitur talem spem, quod Dominus per nos apostolos spiritum gratiæ diffundat, nosque ita glorificabit deinceps præ Moysæ, uti fecit hæcenus. Ita Chrysostomus.

Multa fiduciâ animorum: confidenter evangelizamus, cum libertate, ingenue, aperte. Ita Chrysostomus.

VERS. 15. — Et non sicut Moyses ponebat velamen super faciem suam, q. d.: Moyses velabat faciem suam; nos contra, non velamus faciem Christi, sed illum magis libertate omnibus proponimus. Non occultamus Evangelii lucem, sicuti Moyses in typo fecit occultans eam Israelitis.

Ut non intenderent filii Israel in faciem ejus quod

veritatis. Habemus nos fiduciam absque velamine loquendi.

QUOD EVACUATUR. Aliqui, juxta v. 7, hæc partem referunt ad gloriam faciei Moysi, voluntque significari: que tamen Mosaicæ faciei gloria citò fuit abolita, extincta. Alii, inter quos divus Thomas, ad velamen referunt. Velamen istud erat obscuritas figurarum, que per Christum evacuata est, D. Thomas. Græcus textus hodiernus evacuat: *Ut non intenderent in finem aboliti.* Syr., *in finem ejus quod aboletur.* Arab., *finem*, et ita D. Chrysostomus, Theophylactus, Theodoretus, qui legerunt finem, non faciem. Juxta quos patres velamen super faciem Moysi duo mysticè significabat. Primum, quod Judæi non erant visuri legem esse antiquandam, seu habituram finem. Secundum, quod non erant visuri legem per Christum esse antiquandam: ipse enim finis legis; in veritate completi, quod Moyses in figurâ tradidit. Neutrum viderunt, imò nec hodie vident plerique Judæi; et hoc mysticè significabat velamen super faciem Moysi juxta Patres Græcos. Juxta nostram Vulgatam, que legit in faciem, *non aspexerunt*, idem sensus est ac in v. 7, scilicet, Moyses velabat faciem suam Judæis locuturus, ne illi fixis oculis intenterent in radiantem ejus faciem.

QUOD EVACUATUR, id est, que tamen Mosaicæ faciei gloria citò abolenda erat.

VERS. 14. SED OBTVSI SUNT... Græc., *obduraverunt cogitationes eorum.* Syr., *obscavati sunt mentibus suis.* Iis versusus D. Paulus allegoricè explicat velamen Moysi. Hæc velamen, quod ad figuram erat in facie Moysi, manet adhuc et sedet in corde Judæorum ad ignorantiam.

USQUE IN HODIERNUM... Syr., *siquidem usque ad hodiernum diem*, cum vetus Testamentum legitur, idem illud velamen perstat super eos; nec revelatur, quia per Christum oblitteratur. Tanta est mentis eorum cæcitas, tanta cordis carnalitas, ut non intelligant quod legunt.

QUONIAM IN CHRISTO EVACUATUR, id est, quoniam per Christum solum tollitur hoc velamen; illi autem Christum recipere nolunt: ideò non vident, quia non credunt in Christum, per cujus fidem et gratiam tollitur hoc velamen.

EVACUATUR. Sensus est Moysen velo texisse faciem, ad significandum filios Israel non potuisse mentis oculis intedere in Christum, qui finis est ejus ministerii, quod abolendum erat.

QUOD EVACUATUR, quod scilicet velamen Moysi abundandum erat per Christum. De velaminis enim hujus revelatione per lucem et legem novo Testamenti agit in sequentibus. Ita Anselmus. Nota cum Theod.: Splendor vultus Moysi instar solis significat claritatem et gloriam Christi et legis novæ; velamen verò significat umbram, crassas ceremonias, obscuritatemque legis Moysi.

VERS. 14. — Sed obtusi sunt sensus eorum. Ut significetur filios Israel, ideò non intendisse animum in finem legis, quod habere sensus animi obtusos, obdurtos et excecatos.

USQUE IN HODIERNUM eum diem idipsum velamen in lectione veteris Testamenti manet non revelatum. Mem illud velamen quod olim super faciem Moysi positum

VERS. 15. — *SED USQUE IN HOMINEM DIEM...* Idem repetit, ut rem hanc mirabilem notemus et de fidei gratia Deum laudemus, et hanc cæcitate caveamus. Quot enim et Christiani in ipsâ Evangelii luce cæcitant, quia velamen habent super cor, scilicet malitiam, impuritatem! *Beati ergo mundo corde...*

VERS. 16. — *CUM AUTEM CONVERSUS FUERIT...* Syr.: *At cum aliquis eorum convertetur.*

AUFERETUR; Græc., *circumauferetur velamen*. Ubi autem ad Christum Dominum sese converterit cor eorum; ubi in eum crediderint et fide respexerint, tunc auferetur..., veritatem in figuris significatam videbunt. Hujus conversionis typum exhibebat Moyses, qui cum ad Dominum revertebatur in monte, velamen auferbat. Itaque Moyses figuram populi Judaici gerens, velamen ponebat, ad significandam incredulorum cæcitate; illud ad Dominum reversus deponerat, ad designandam credentium fidem, seu ad designandum quid Judeo eventurum esset, cum converteretur ad Christum Dominum.

VERS. 17. — *DOMINUS AUTEM SPIRITUS EST*. Non ita prohibebat ejus initium, remanet in præsens usque tempus, non reiectum, sive non ablatum à cordibus Judæorum, quos libros veteris Testamenti legunt. *Quoniam in Christo evocatur*; q. d.: Per gratiam et fidem Christi evocatur et tollitur hoc velamen, ut clarè veius Testamentum, Christianique eo significatum intelligamus et videamus.

VERS. 15. — *SED USQUE IN HOMINEM DIEM, CUM LEGITUR* (à Judæis in synagoga) *MOYSES* (lex et vetus Testamentum), *VELAMEN SPICULI EST SUPER COR* (vetus Testamentum est pernix et crassa ac obstinata inaccessio, quâ Judei morticis adherent carnalibus sacrificiis, et ritibus legis veteris, itaque excecatur ut non videant Christum per filios ritus adumbratum).

VERS. 16. — *CUM AUTEM CONVERSUS FUERIT AD DOMINUM*, etc. Moyses aversus à Domino, et facie velatus significavit populum veterem deo contrarium, et cor habentem obscuratum. Idem verò Moyses conversus ad Dominum, atque reiectam habens faciem, typum gessit populi christianum ad Deum conversi, et revelatâ cordis facie salutis mysteria contemplantis.

VERS. 17. — *DOMINUS AUTEM SPIRITUS EST*; nimirum ille Spiritus quem hoc capite jam aliquoties nominavit id est, Spiritum Dei vivi, per quem novum Testamentum distinctè à veteri, et cujus suppeditandi ministerium se docent: quem etiam statim Spiritum Domini nuncupat. Connexio talis est: Moyses ab Israele conversus ad Dominum, à literâ ad spiritum. Nam Spiritus ille Dominus est. Hoc addit, ut voluit Chrysostomus, Theodoretus et Oecumenius, ne minus aliquid nobis præstium videatur, qui convenimus ad Spiritum, quam Moysi, qui convertebatur ad Dominum; cum Spiritus ipse sit Dominus. Ille enim Dominus ad quem convertitur est Spiritus, et Spiritus sanctus dabit eis legem spiritibus et libertatis; ut spiritibus oculis et sensibus videant Christum in lege velatum et absconditum, illumque adoret et colant in spiritu et veritate.

*Ubi autem Spiritus Domini, ibi libertas*. Intendit hæc parte explicare mysticam significationem ablati velaminis. Ut enim velum impositum subjectiōnis ac servitutis cuiusdam iudicium est in eo cui impositur: quemadmodum docet Apostolus, 1 Cor. 11, v. 10, ita velaminis ablatio significationem habet donatæ libertatis, quæ donatio sit non per litteram, sed per spiritum. Ut sensus sit: Spiritus Domini, cum ipse sit Dominus, idcirco liberum, de quo scriptum est, quod ubi vult, spirat, Joan. 3, et quod omnia operatur prout vult, 1 Cor. 12, tanquam velamine servitutis ablatio,

de nobis, Evangelii ministris, sicut de Moysse; nos aperte loquimur, libere agimus; quia Christus Dominus, ut pote Deus, est Spiritus, hinc dat nobis spiritum legem spiritualiter intelligendi, seu veritatem in figuris videndi.

Ubi autem (hic) SPIRITUS DOMINI, IBI LIBERTAS, *Delectio*, ingenua, libera, clarè illuminata voluntas. Id est, ibi, ablatio umbrarum, subjectiōnis, timoris servilis velamine, clarâ luce, et ultroneâ voluntate ambulamus secundum legem Dei. Itaque duplex hic notatur libertas: Prima intellectus, per claram notitiam veræ religionis, ablati scilicet umbris figuris; secunda voluntatis, per amorem justitiæ, ablati timore servili. Judei Deum verum colabant, sed carnali cultu; Christiani adorant in spiritu et veritate. Judei timore vindictæ, Christiani amore justitiæ.

VERS. 18. — *NOS VERO OMNES...* In ministerio litteræ, solus Moyses illuminatur. Nos vero omnes Christiani, ac præsertim nos apostoli, *primitus Spiritus habentes*.

REVELATA FACIE, interiori, scilicet intellectus, id libertatem communicat iis quos inhabitat, id est, Christianis: libertatem utique spiritalem, quia Spiritus est à servitute legis et peccati eos liberans. Pro libertas, Græcè est *spontanea*, ingenua, libera, et clarè illuminata voluntas, ut scilicet, ablatio legis Moysi velamento, clarè et spontaneâ voluntate ambulamus secundum legem Dei. Duplex est hæc libertas. Prima, ut Chrysostomus, est intellectus, estque clara notitia mysterii trinitatis, incarnationis, etc., quæ Judæis obscura erant. Item veræ religionis et divini cultus, quem Judæi putabant consistere in maceratione boum et arietum, cum Deus eoli velit et adorari in spiritu et veritate. Ubi advertit: Sicut crassities, hebetudo, obscuratio, ignorantia intellectus, quæ mens, quasi tenebris, vinculis et carcere constricta tenetur, reitè dicitur servituti et servilis conditio; ita et contra illuminatio, claritas, et clara intellectus cognitio reitè dicitur libertas: quæ mens ignorantia, erroribus, crassisque rerum speciebus libera, libere veritatis, Deo, rebusque divinis et spiritualibus vacat et intendit. Secunda libertas, ut docet S. August., est affectus, estque amor justitiæ, non timor vindictæ, ut scilicet spontè et libere legem impleamus ex amore virtutis, non ex formidinis pœnæ. Hæc enim libertas et spiritus amoris Christianorum opponitur servituti et timori servili Judæorum.

VERS. 18. — *NOS VERO OMNES REVELATÂ FACIE GLORIAM DOMINI SPECULANTES*. Ac si dicat: Non facinus ut Moyses, velo faciem suam occultans: sed revelatâ facie gloriam Domini in eâ receptam exhibebus. Nam *speculantes*, idem est hoc loco quod instar speculi speculantes atque reddentes. A speculo, non autem à specula dicit speculantes, id est, per speculum videntes, non de speculo prospicientes; inquit S. August., et patet ex Græco. Nam Græcè est: *Quasi in speculo intuentes*. Nota: Apostolus *speculum* hic vocat Verbum carne vestitum, et spectabile factum, quodque in Evangelio et Ecclesiæ spectaculum proponitur, et Moysi velato opponitur. Unde cap. seq. vocatur imago Dei; Christus enim, quæ Deus, est Verbum et speculum Patris; quæ homo, est speculum Deitatis, ejusque gratiæ et gloriæ; ac consequenter Evangelium Christi non est aliud, quam speculum gloriæ Dei, idque clarissimum et lucidissimum. Potest per *speculum* hoc accipi fides, per quam quasi speculum, sed æmulatione et obscurum, Deum et divina contemplantur.

*In eandem imaginem transformamur*; q. d.: Cum Dei gloriam in Christo, ejusque Evangelio, quasi in speculo intuemur, per hoc, quasi in eandem dei glo-

est, ablatio à nobis per Christum figurarum velamine, quod Judæi usque nunc habent super cor et oculos.

GLORIAM DOMINI nostri Jesu Christi, incarnationem ejus, nostræ redemptionis opus, omnia fidei mysteria.

SPECULANTES, activè, id est, in Moysse et veteri Testamento, velut in speculo, intuentes. *Speculantes*, passivè, in intellectibus nostris, velut in speculo excipientes.

IN EADEM IMAGINEM TRANSFORMAMUR, per illius solis, Christi scilicet, radiorum reflexionem, finis et nos ejus claritatis participes; finis quasi specula, jubat divinum in alios emittentia; seu quasi soles quidam alios illuminantes.

A CLARITATE IN CLARITATEM, scilicet progredientes, seu clarior et clarior in dies.

TANQUAM A DOMINI SPIRITU, id est, idque per Domini Spiritum, per quem sic illuminamur et transformamur. Sicut argentum purum, ad radios solis positum, recipit in se fulgorem solis et eum remittit, sic et anima Christiani, ac præsertim apostolorum per Spiritum sanctum purificata, sanctificata, argento purior effecta, ab eodem Spiritu radios suscipit, quos remittit in alios. Theophaletus ex divo Chrysostomo. (*Alia v. 17 explicatio.*)

*Dominus autem Spiritus est*. Probabilis quidem est præcedens v. 17 explicatio, juxta quam, per *Domini* intelligitur Dominus noster Jesus Christus, qui dicitur Spiritus, quia Deus. Et hujus intelligentiæ præcipuum fundamentum est, quod in versu præcedenti 16, de Domino nostro Jesu Christo locutus credatur Apostolus ubi dixit: *Cum conversus fuerit ad Dominum...* Attamen, re attentius consideratâ, probabiliorè puto sequentem D. Chrysostomi, Theodoretî et Theophaletî explanationem, qui per Spiritum intelligunt riam transformamur, eamque in nobis representamus. Videtur autem hic esse sensus: Eiusdem gloriæ imaginem in nobis, ut in speculo receptâ, velut in eam transformamur. Nam imago in speculo quodammodo forma speculi est.

*Transformamur*, non essentialiter, quasi essentia nostra transformetur in essentiam divinam, sed transformamur accidentaliter, ut scilicet quasi per reflexionem radiorum lucis Christi quasi speculi in nos, siamus lucidi luce fidei, et gratiæ Christi, adeoque fiamus quasi specula jubat divinum emittentes, et quasi soles quidam, alios illuminantes, inquit Chrysost.; imò fiamus quasi dii, divine consortes naturæ. Quos, ut ait Paulus, præservavit et prædestinavit (Deus), conformes fieri imaginis Filii sui.

*A claritate in claritatem*, vel, à gloria in gloriam; à claritate Christi in claritatem nostram, ut fiamus clari et lucidi sapientiæ, et gratiæ ad instar Christi.

*Tanquam à Domini Spiritu*. Vox tanquam significat causam congruam et dignam tantæ transformationis;

*Corollarium pietatis, seu in hoc capite ad pietatem maxime notanda, et ad præxim redigenda.*

1<sup>o</sup> In præxi, à Christiane, quisquis sis, recordare quod cor tuum sit chara Dei, in quâ per Spiritum sanctum, quasi digitum suum, scribit, inspirando quod bonum est, v. 5. Hujus veritatis memor, dic: *Paratum cor meum, Deus*; ora itaque, ut scribat, inspirat: *Aspirando præveni*; tu verò aspiratus, audi, obedi, exequere quod inspiratur. At tuæ omnimodæ ad

Spiritum sanctum, voluntque significari quod Spiritus sanctus sit Dominus; in quâ propositione Spiritus sit subjectum, Dominus attributum. Hujus intelligentiæ primum fundamentum divus Chrysostomus desumit ex articulo; secundum ex eo quod in hoc capite jam sæpè Spiritum nominavit Apostolus, et per Spiritum intellexit Spiritum sanctum. Unde Theodoretus ait, inscitia et impudentia plenum esse, Dominum Jesum Christum hoc loco Spiritum velle appellari. Reverti hi Patres Græci ita certum putant per Spiritum hic intelligi Spiritum sanctum, ut hinc probent ipsum esse Deum. Denique bene notat Estius quod non sit apostolica consuetudo Christum appellare Spiritum; et quod hujus loci circumstantia diversum exigat.

Sit itaque hæc explicatio: *Dominus autem est Spiritus*. Non est autem de nobis Christianis, et præsertim de nobis apostolis, quos Deus idoneus fecit ministros Spiritus, quemadmodum erat de Moysse: nos enim aperte loquimur et agimus, quia Spiritus ille, cujus nos ministri sumus, Dominus est, nulli subjectus, summè liber, spirans ubi et quando vult; hinc

*Ubi reperitur ille Spiritus*, qui et Domini nostri Jesu Christi, Filii Dei, Spiritus est, ibi libertas; libertas intellectus, per claram notitiam veræ religionis; libertas voluntatis, per amorem justitiæ, ablatio timore servili. Igitur per Spiritum sanctum dicit nobis clarè et spiritali legem intelligentiæ, et à nobis ablatio umbrarum velaminis, et per eundem Spiritum infusa nostris cordibus charitate, et à nobis ablatio servili timore, clarè loquimur, aperte et libere agimus; quemadmodum omnes clarè luce et ultroneâ voluntate ambulamus, secundum legem Dei

q. d.: Tanquam, id est, sicut decet Spiritum Dei nos transformare. Porrò tota sententiâ Paulina potest ad hunc modum explicari: Nos autem omnes novi Testamenti filii, quos Moyses revelatâ facie cum Domino loquens, eamque ex consorcio sermonis Domini splendidam ac radiantem habens, significavit; hinc facie mentis revelatâ, gloriam Domini per fidem intuemur, ejusque splendorem in animis nostris velut speculis quibusdam recipientes, quodammodo transformamur ad eandem imaginem, hoc est, ad similitudinem gloriæ Dei; idque à claritate Dei in claritatem nostram, id est, claritate seu gloriâ Dei in nobis expressâ ac representatâ, perinde ut olim in facie Moysi. Transformamur, inquam, velut à Domini Spiritu, vel à Domino Spiritu. Dicit autem Apostolus, nos omnes, ut significet illi quod mihi Moysi quondam in figurâ ac mysterio contigit, nunc in veritate toti Ecclesie fideiūm completere. Cajetanus, Gagneus et alii nonnulli exponunt de solis Evangelii ministris.

bonum insufficientem memor, qui ne bonum cogitare quidem valet, multo minus illud exequi, humiliter sub potenti manu Dei, orans addit: *Et adjuvando prosequere*; da Deus, et lumen et robur; da cogitare, et velle, et facere, v. 5.

2<sup>o</sup> Et in præxi recordare, à Dei minister, excellentiæ evangelici ministerii; per quod, non lapideas profers

tabulas, oculis corporeis exponendas; sed Spiritum sanctum cordibus fidelium communicas, eisque vitam ministras æternam; vide v. 6, 7, 8, 9, 10. Hujus itaque memor excellentiæ, cave ab omni, in tanto ministerio, seccordia, sed alacriter, libère, intrepide, et dignè Deo, dignèque Spiritu sancto ministra, v. 11, 12. Cave in ministerio spirituali et divino, ab omni terrenorum et corporalium amore; sed cœlestia, et æterna, divina quære, intende, dilige, inspira, v. 8, 11.

## CAPUT IV.

1. Ideò habentes administrationem, juxta quòd misericordiam consecuti sumus, non deficimus;
2. Sed abdicamus occulta decoreis, non ambulantes in astutiâ, neque adulatorantes verbum Dei, sed in manifestatione veritatis commendantes nosmetipsos ad omnem scientiam hominum coram Deo.
5. Quòd si entiam operatum est Evangelium nostrum, in iis qui percunt est operum.
4. In quibus Deus hujus seculi cæcavit mentes infidelium, ut non fulgeat illis illuminatio Evangelii gloriæ Christi, qui est imago Dei.
5. Non enim nosmetipsos predicamus, sed Jesum Christum Dominum nostrum; nos autem servos vestros per Jesum:
6. Quoniam Deus qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris, ad illuminationem scientiæ claritatis Dei, in facie Christi Jesu.
7. Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus; ut sublimitas sit virtutis Dei, et non ex nobis.
8. In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur; æporiamur, sed non destituimur:
9. Persecutionem patimur, sed non derelinquimur; dejectionem, sed non perimus:
10. Semper mortificationem Jesu in corpore nostro circumferentes, ut et vita Jesu manifestetur in corporibus nostris.
11. Semper enim nos qui vivimus, in mortem tradimur propter Jesum: ut et vita Jesu manifestetur in carne nostrâ mortali.
12. Ergo mors in nobis operatur, vita autem in vobis.
15. Habentes autem eundem spiritum fidei, sicut scriptum est: Credidi, propter quod locutus sum; et nos credimus, propter quod et loquimur:
14. Scientes quoniam qui suscitavit Jesum, et nos cum Jesu suscitabit, et constituet vobiscum.
15. Omnia enim propter vos; ut gratia abundans per multos in gratiarum actione, abundet in gloriam Dei.
16. Propter quod non deficimus; sed licet is qui foris est noster homo corrumpatur, tamen is qui intus est renovatur de die in diem.
17. Id enim quod in presentem est momentaneum et leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis:
18. Non contemplantibus nobis que videntur, sed

Cave in ministerio Spiritus sancti, qui totus lux est et amor; cave, inquam, ab omni malitiâ velamine super cor tuum. Ad hoc frequenter ad Dominum convertere, rogans: *Cor mundum crea in me, Deus, etc. Faciem tuam illumina super servum tuum, etc. Illumina vultum tuum super me, et miserere mei, etc.* Talibus ad Deum conversionibus, fies divini luminis particeps, ut in alios illud reflectere valeas, v. 15, 16, 17, 18.

## CHAPITRE IV

1. C'est pourquoi ayant reçu un tel ministère selon la miséricorde qui nous a été faite, nous ne perdons point courage;
2. Mais nous rejetons loin de nous les passions qui se cachent comme étant honteuses, ne nous conduisant point avec artifice, et n'altérant point la parole de Dieu, mais n'employant pour nous rendre recommandables envers tous les hommes, qui jugeront de nous selon le témoignage de leur conscience, que la sincérité avec laquelle nous prêchons devant Dieu la vérité de son Évangile.
3. Que si l'Évangile que nous prêchons est encore voilé, c'est pour ceux qui persistent qu'il est voilé;
4. Pour ces infidèles dont e Dieu de ce siècle a aveuglé les esprits, afin qu'ils ne soient point éclairés par la lumière de l'Évangile de la gloire de Jésus-Christ, qui est l'image de Dieu.
5. Car nous ne nous prêchons pas nous-mêmes; mais nous prêchons Jésus-Christ notre Seigneur: et quant à nous, nous nous regardons comme vos serviteurs par Jésus-Christ.
6. Parce que le même Dieu qui a commandé que la lumière sortit des ténèbres, a fait luire sa clarté dans nos cœurs afin que nous puissions éclairer les autres, et leur donner la connaissance de la gloire de Dieu, selon qu'elle paraît en Jésus-Christ.
7. Or nous portons ce trésor dans des vases de terre, afin que l'on reconnaisse que la grandeur de la puissance qui est en nous, est de Dieu, et non pas de nous.
8. Nous sommes pressés par toutes sortes d'afflictions, mais nous n'en sommes point accablés: nous nous trouvons dans des difficultés insurmontables, mais nous n'y succombons pas.
9. Nous sommes persécutés, mais nous ne pas abandonnés; nous sommes battus, mais nous ne sommes point perdus.
10. Portant toujours en notre corps la mort de Jésus, afin que la vie de Jésus paraisse aussi dans notre corps.
11. Car nous qui vivons, nous sommes à toute heure livrés à la mort pour Jésus, afin que la vie de Jésus paraisse aussi dans notre chair mortelle.
12. Ainsi sa mort opère en nous, et sa vie en vous.
15. Et parce que nous avons un même esprit de foi, selon qu'il est écrit: J'ai cru, c'est pourquoi j'ai parlé; nous croyons aussi nous autres, et c'est aussi pourquoi nous parlons.
14. Sachant que celui qui a ressuscité Jésus, nous ressuscitera aussi avec Jésus, et nous placera avec vous en sa présence.
15. Car toutes choses sont pour vous, afin que la grâce de Dieu se répandant avec abondance, en la revenue aussi à Dieu plus de gloire, par les actions de grâces qui lui en seront rendues par plusieurs.
16. C'est pourquoi nous ne perdons point courage; mais encore que dans nous l'homme extérieur se détruisse, néanmoins l'homme intérieur se renouvelle de jour en jour.
17. Car le moment si court et si léger des afflictions que nous souffrons en cette vie, produit en nous le poids éternel d'une souveraine et incomparable gloire.
18. C'est pourquoi nous ne considérons point les

que non videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt: quæ autem non videntur, æterna sunt.

## ANALYSIS.

- Swam, suorumque collegarum defensionem, contra pseudo-apostolorum calumnias, ita texit in hoc capite, ut et eos oblique percutiat.
- § 1, 2, 5 et 4. Tam gloriosum ministerium, per Dei misericordiam consecuti, in eo fungendo non pigrescimus; nec quidquam eo indignum, aut turpe quid agimus etiam occultè; sed castè, sincerè et clarè Evangelium ubique predicamus; ita ut, si quibusdam adhuc sit ignotum, malitiâ cæcis, et videre nolentibus, sit ignotum.
- § 5 et 6. In hæc autem predicatione, non nostram, sed Domini nostri Jesu Christi gloriam querimus; non dominari fidelibus, sed eis ministrare ambimus; idque ut Dei in nos misericordiam respondeamus; qui sicut olim è tenebris abyssu lucem eduxit, quæ mundum illuminaret, ita mentes nostras, prius tenebrosas, per Spiritum suum illuminavit, ut alios scientiâ et cognitione gloriæ suæ in Christo visa, illuminarem.
- § 7. Hunc autem cœlestis luminis et gratiæ thesaurum in nobis, vasis testaceis et fragilibus, includit, ut ei soli tribuatur omnis nostri ministerii gloria.
- § 8. Quo fragiliores sumus, eò clarior apparet in nobis ejus omnipotentia; hinc undique pressi, non angustiamur; æporiamur, non destituimur.
- § 9, 10, 11. Continuis agitati persecutionibus, eva-

## PARAPHRASIS.

1. Proinde, cum per Dei misericordiam, ad tantum ac tale ministerium fuerimus vocati, in eo fungendo non segnes sumus, nec ob adversa concidimus animo.
  2. Nihil, nec occultè, tanto ministerio indignum agimus; sed à nobis longè rejicimus omnem etiam occultam vitæ turpitudinem; nec astutè conversamur inter homines, nec Dei verbum falsificamus; sed nudâ et apertâ vitæ et doctrinæ veritate, nos laude dignos efflicimus, et apud homines rectè judicantes, et coram Deo, omnia intente.
  3. Quòd si post tam apertam Evangelii predicationem, adhuc quibusdam velatum est, iis tantum est velatum, qui perire volunt et non videre.
  4. Iis, nimirum infidelibus, quorum mentes diabolus cæcavit, ne fulgeat eis lux clarissima Evangelii; per quod manifestatur gloria Christi, qui est perfecta imago Dei Patris, lumen de lumine.
  5. In hæc autem apertâ Evangelii predicatione, non nostram, sed Domini nostri Jesu Christi gloriam querimus; nec nostram, sed vestram utilitatem, nosque servos vestros propter Jesum et in Christo Jesu, proſitemur.
  6. Idque ut Dei in nos gratia respondeamus, qui sicut olim de tenebris abyssu lucem eduxit, quæ mundum illuminaret, ita mentes nostras, prius tenebrosas, per Spiritum sanctum illuminavit; ut alios scientiâ et cognitione gloriæ Dei, in Christo, velut imagine suâ lucentis, illuminarem.
- S. S. XXIV.

chos visibles, mais les invisibles, parce que les choses visibles sont temporelles, mais les invisibles sont éternelles.

## ANALYSIS.

- Itaque ob Evangelium continuè morimur; at nostrâ corporali morte spiritualiter vivimus, v. 12.
- § 15. Ceterum, non obstantibus toti periculis et moribus, libère tamen et audacter predicamus, quia verè credimus; sicut de David scriptum est: Credidi, ideò locutus sum et loquor.
- § 14. Credimus, inquam, et fide certissimâ, quod Deus, qui Dominum nostrum Jesum pro nobis occisum, suscitavit à morte; et nos propter Jesum occisos, suscitabit, nosque vobiscum, ad quos omnia nostra ordinantur ministeria, in suo regno collocabit.
- § 16. Hinc non deficimus in adversis, sed mens nostra fit quotidie vegetior; quia fide scimus quod momentanea et levis tribulatio parat nobis gloriam in finitum et æternam.
- § 18. Ideò ad presentia et visibilia, quæ temporalia sunt, non spectamus; sed ad futura et invisibilia, quæ durabunt in æternum.

## PARAPHRASIS.

7. Hunc autem cœlestis luminis thesaurum in nobis, testaceis et fragilibus vasis, haberi voluit, ut omnis ministerii nostri sublimitas et gloria in si tribuatur, et non nobis imputetur.
  8. In hoc ejus divina virtus in nobis apparet, quòd undique et modis omnibus pressi, non opprimimur; anxii et perplexi, non destituimur, sed nobis adest Deus.
  9. Continuis agitati persecutionibus, Deo protectente, evadimus; prostrati, non frangimur.
  10. Indesinentibus mortis periculis, mortem Domini nostri Jesu Christi, quâdam similitudine, in corporibus nostris semper et ubique exprimus; ut et ejusdem vitæ gloriæ in corporibus nostris aliquando reveletur.
  11. Nos enim, quamdiu vivimus, morti propter Jesum exponimur, ut et vita immortalis Jesu appareat aliquando in nostrâ carne mortali, cum immortalitatem induerit.
  12. Itaque per Evangelii predicationem mors corporalis in nobis efficitur, sed per nostram mortem vitæ spiritualis vobis procuratur.
  15. Ceterum, in mediis his moribus et periculis, habentes eundem fidei spiritum quem habuit David in suis tribulationibus, sicut de eo scriptum est: Credidi, ideò loquor; ita et nos apostoli, quia verè credimus, ideò et libère et audacter predicamus.
  14. Certissimâ fide scientes quòd Deus, qui Jesum pro nobis occisum suscitavit à morte, nos propter Je-
- (Vingt-quatre.)